

Psalmus responsorius

Ps 30, 2 & 6. 12-13. 15-16. 17 & 23 (R̄.: Lc 23, 46)

R̄. Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum.

² In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum;
in iustítia tua líbera me.

⁶ In manus tuas comméndo spíritum meum;
redemísti me, Dómine, Deus veritátis. R̄.

¹² Apud omnes inimícos meos factus sum oppróbrium
et vicínis meis valde et timor notis meis:
qui vidébant me foras, fugiébant a me.

¹³ Oblivióni a corde datus sum tamquam mórtuus;
factus sum tamquam vas pérditum. R̄.

¹⁵ Ego autem in te sperávi, Dómine;
dixi: «Deus meus es tu,

¹⁶ in mánibus tuis sortes meæ». Eripe me de manu inimicórum meórum
et a persecúentibus me. R̄.

¹⁷ Illústra fáciem tuam super servum tuum,
salvum me fac in misericórdia tua.

²⁵ Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum,
omnes, qui sperátis in Dómino. R̄.